ca est simpliciter dignior ex pte obiecti. qz obie  
ctū suū ē a materia sepatū hz qd hmoi. Deinde  
seqt phisica fm dignitatē subiecti. z vltio ma  
thematica. quia phisice res sūt digniores ma  
thematicis. Sed de certitudine sic ē dicēdum  
qz metaphisica est certior fm naturam rei. quia  
habet efficacissimū modū demonstrandi ex pri  
mis pncipijs. Sz quo ad nos ē maior certitu  
do i mathematica. qz mathematicalia sūt mul  
tū bñ intellectui nostro pporcionata. z sic faci  
liter intelligibilia. Est tñ vez qz etiā phisica est  
notior quo ad nos qz mathematica. qz mathe  
matica nō ē de his que experimur i nobis sicut  
phisica. Et si querat vtz aliquo mō posset di  
ci qz scia libri de aia sit pponenda oibus alijs  
Dicendū qz sic nō tamē absolute. sed solū si ca  
piat paise certitudo quo ad nos. z tūc cōingaf  
certitudo dignitati. tunc pōt dici qz ista scia est  
dignior et certior omnibz alijs. est enī de his q  
experimur in nobis. qz quis ergo metaphisica ex  
cedat quo ad dignitatē obiecti. nō tñ simul cū  
certitudine quo ad nos

Arguitur. Aristoteles primo pōsteriorū pō  
nit tres modos certitudis sciaz. ergo male po  
nit hic tñ duos. Dicendū duplicat. primo qz  
Aresto. pmo pōsterio. ponit modos certitudi  
nis qb? vna scia ē certior alia. sed hic ponit mo  
dos dignitatis qb? vna scia est dignior alia et  
honorabilior. qz tñ modi certitudinis etiā spe  
ctant ad dignitatē sciaz ideo. Scdo pōt dici qz  
tres modi positi in primo pōsterio. cōprehen  
dunt sub istis duobz. qz prim? mod? certitu  
dinis ē qz illa scia ē certior qz cōsiderat qz z ppt  
quid sil. Scndus mod? ē qz illa scia ē certior  
que ē de nō subiecto. Tercius mod? ē qz illa scia  
est certior qz pauciora p̄supponit. Cōprehendū  
tur ergo prim? et tercius sub scdo mō hic posi  
to scz qz illa scia ē certior qz hz certiorē modum  
pcedendi. et ergo cōtingit in illis sciētis qz cō  
siderant qz et ppter quid simul. et que paucio  
ra p̄supponūt et scndus modus coincidit cūz  
primo mō. qz scia qz ē de nō subiecto. i. de re mi  
nus cōtracta ad materiā hz dignius subiectū.

**videtur autem et**

Dic cōsequēt reddidit auditores beniuolos o  
stendendo vtilitatē hui? scie. postqz hoc fecerat  
ex dignitate h? scie. Et dicit qz illa scia ē valde  
vtilis. qz ē vtilis ad oēs scias. et tñ p̄cipue p̄  
cipaliter et maxie ad cognoscendū scias qz sunt  
de aiatis et aialibz quoz pncipiū formale est  
aia. cū ergo vniqzqz cognoscat fm suū pnci  
piū formale. sic etiā aiata cognoscunt p aiaz et

sic valet ista scia ad sciam de animatis.

Arguitur. Vtrū scientia libri de anima va  
leat ad omnem scientiā. Dicendum qz sic. Et  
hoc pōt declarari dupliciter. Uno modo in gene  
rali sic. qz ē q̄litas ipius aie. cū ergo accūs habz  
cognosci p subiectū. sic omis scia hz aliqualiter  
cognosci ex natura aie. qz ē vna cōditio imma  
terialitatis vtriusqz. Itē scdo. Aia ē quodā mō  
oia sicut dicitur terciō hui? et sic oia pōt cognosci  
cognita aia. Alio mō accipiunt scie p̄ticularē  
et sic valet scia de aia ad omnē sciam p̄ticularē  
Primo enī valet cognitio de aia ad sciaz phie  
rōnalis que sūt grāmatica. loyca. rhetorica. qz  
ille scie sunt de entibz rōnis. sed entia rōnis nō  
cognoscūt nisi in ordine ad rōnē. sed rō ē que  
dam potentia anime. ergo pncipiū rōnis est  
ipsa aia sicut subiectū accidentis. Scdo valz  
ad cognoscendū scias metaphisicales. quia ex  
cognitōne aie rōnalis nos assurgim? ad cogno  
scendū immateriales substācias. Deseruit etiā  
ad mathematicā. qz mathematica considerat  
formas abstractas a materia fm rōnem. Vnō  
oportet etiā cognoscere qd sit ratio. et qmō ab  
strahit. si debeam? intelligere mathematicalia.  
Etiā v3 ad cognoscendū phisicalia. qz sicut di  
cit Aresto. in textu. qz magna ps phie ē de aiatis  
et aialibz. z etiā de alijs vuentibus. z illorum a  
nimatoz pncipiū formale ē aia. Tercio valet  
ad phiam morālē. qz in phia morali determia  
tur de virtutibz diuersis. scz de virtutibz mora  
libz et intellectualibus. Virtutes autē intelle  
ctuales subiectant in pte intellectiva aie. Sed  
morales sunt i pte appetitiva. sic iusticia hz eē  
in volūtate. prudētia i rōne. z fortitudo in ira  
scibili. qz ergo nō cognoscat potētias aie nō pōt  
debite distinguere illas virtutes abinuicē. Itē  
virtutes cōsistūt in medio sicut determinat rō. si  
ergo nō cognoscat rō vel intellect? nō pōt cogno  
sci virt? morales. Vñ necessariū ē ad cognoscē  
dū virtutes morales cognoscere sciam de ania  
naturam anime et eius potentias.

Arguitur. Ex isto sequeretur qz scientia libri  
de anima esset de numero bonoz vtilium. quia  
ordinatur ad habendūz alias scientias modo  
illud dicitur vtile qd ordinatur in alterum. Di  
cendū qz duplr aliq scia dicitur honorabilis. Uno  
mō formaliter et finaliter sil. et sic scia honora  
bilis nō ordinat ad alias scias. et hoc mō soluz  
metaphisica i lumine naturali ē honorabilis. qz  
est p̄cipue scia nō ordinata ad aliā. Alio modo  
aliqua scia dicitur honorabilis formaliter tñ. qz  
scz habz in se formā honesti ex eo qz ppter se ap  
petit. licet in aliam sciam ordinet. z sic ista scia

884 autem bene  
ostendit vtilitatē hui?

# De Anima

etiā est honorabilis. quia habet intra se vñ ap-  
petitur. etiam si non ordinetur ad alias scienti-  
as. Similiter prius dictum fuit in loyca.

## Inquirimus autem

Postq̄ posuit primā p̄tē p̄hemij in qua reddi-  
dit auditores benivolos. Hic cōsequenter po-  
nit secūda p̄tē p̄hemij in qua reddit audito-  
res dociles. Dicuntur enī auditores dociles. q̄a  
sunt apti ad capiendū doctrinā. Auditor enim  
faciliter capit doctrinā q̄ sibi p̄ponit. oñdit er-  
go ordine p̄cedēdi in ista scia. Et dicit q̄ vult  
istū ordine seruare q̄ primo vult determinare de  
aia q̄tū ad ei⁹ essentia et substātia. et hoc i pri-  
mo libro facit fm opinionē antiquoz et in pri-  
cipio secūdi fm veritatē et opinione p̄pria. De-  
inde dicit q̄ velit inquirere q̄ accidunt circa a-  
nīmā q̄les sunt potentie et passiones aie. q̄ pas-  
siones sunt in duplici differētia. q̄ quedā sunt  
cōmunes aie et corpi sicut sunt potentie aie ve-  
getatiue et sensitiue. q̄dā sunt p̄prie ipi aie que  
sunt potentie intellectiue quales sunt intellect⁹  
et voluntas. Determinat ergo primo de illis q̄  
cōueniūt aie et corpi simul. sicut ille q̄ sunt cō-  
munes homini et alijs aialibus. et que sunt cō-  
muniōres ideo prius determinat de eis.

**A**rguit. In scientijs est p̄cedendū a nobis  
notioribus. sed talia sunt accidentia. ergo pri-  
us determinare deberet de accidentibus ani-  
me añq̄ determinat de substātia aie. **D**icēdū  
q̄ duplex est p̄cessus. nā quedā est quo ad nos  
qui non est scientialis. et sic p̄t p̄cedi ab effecti-  
bus ad causas. q̄ effectus sunt nobis notiores  
causis. Alius est p̄cessus quo ad naturā et sciē-  
tialis. et sic substātia est añ accidens. q̄ substā-  
tia est causa accidentis. scientifice ergo p̄cedit a  
causa ad effectū. q̄ demonstratio p̄pter q̄d q̄ ge-  
nerat scientiā p̄cedit a causa ad effectū. vt patet  
primo postero. per hoc ergo dicēdū est ad argu-  
mentū q̄ cū in isto libro tradit scia de aia p̄ce-  
dendū e a substātia aie ad eius accidentia

**A**rguitur. In isto textu dicit Aresto. q̄ vult  
determinare de natura et substātia aie. sed sub-  
stantia et natura sunt idem. ergo hic est super-  
fluitas. **D**icēdū q̄ natura et substantia sunt  
idem fm rem. q̄ natura est idē q̄ species rei fm  
q̄ dicit Boe. q̄ natura ē informans vnāquāq̄  
rem specifica differētia. et sic substantia est etiā  
natura. differunt tñ fm rōnem. q̄ dicit substā-  
tia absolute accepta dicit substātia. sed talis essen-  
tia ad opationes cōpata vocat natura. sic etiā  
est de aia. q̄ aia d̄ substantia inq̄tum dat esse

absolute corpi. Sed dicit natura fm q̄ ē prin-  
cipiū opationū vitaliū. et hoc est q̄d dicit. ij.  
phicoz. q̄ natura ē p̄cipiū mouēdi et q̄scēdi

## Omnino autem

Hic ponitur tertia pars p̄hemij in qua reddit  
auditores attentos. et hoc facit oñdendo diffi-  
cultatem hui⁹ scientie q̄ oportet in re difficili  
maiore facere attentōnē. Et primo p̄ponit hoc  
dicens q̄ accipe aliquā fidem. i. aliqua certitu-  
dine de ipsa aia est omnino. i. p̄fecte et penitus  
difficilimoz id est valde difficile. Deinde i spe-  
ciali ponit difficultatē. Primo q̄tum ad co-  
gnitionem substātie. Secūdo quātū ad cognitio-  
nem accidentiū et passionum aie ibi. Dubita-  
tionem aut̄ habent. Circa primū primo ponit  
difficultatem quātum ad modum diffiniēdi  
Secūdo q̄tum ad ea que ingreditur diffini-  
tionem ibi. Primū aut̄ fortassis. Circa primū  
dicit q̄ difficile ē cognoscere quō debet inuesti-  
gari diffinitio aie. et circa hoc primo ē dubiū  
Utrū sit vna via inuestigandi q̄ditatē aie cum  
via inuestigandi diffinitiones et q̄ditates alia-  
rū rez. Et arguit ad hoc Aresto. q̄ sic. Et ponit  
duas rōnes. quaz prima ē. De quibus est vna  
questio de illis erit vna inuestigatio. sed de q̄di-  
tate aie et aliaz rez est vna questio. q̄ vndiq̄  
querit quid est. ergo erit vn⁹ mod⁹ inuestigan-  
di omnes diffinitiones. Secūda rō est. q̄ sicut ē  
vna via cognoscendi oim p̄piorū accidentium  
sc̄z demonstratio. sic etiā videt q̄ oim substan-  
tiaz sit vna via cognoscendi q̄ditates earum  
passiones enī indifferenter inuestigantur p̄ de-  
monstrationem. ergo etiā qlibet q̄ditas debet i-  
uestigari p̄ vnā viā. Dicit aut̄ Aresto. in textu.  
q̄ fortassis ē vna via. q̄ licet diffinitio aie inue-  
stigat via diuisionis. vt doceat in sc̄do hui⁹. sic  
etiā diffinitiones aliaz substantiaz debet in-  
uestigari. tñ partes posite in diffinitōne substā-  
tiaz loquēdo de toto aiato insunt intrinsece dif-  
finito. tamen differenter. quia per materiam et  
formam phisice. loyce per genus et differētiaz  
sed partes posite in diffinitione anime. nō ha-  
bent se intrinsece ad diffinitum. sed habent se  
sicut additamentum. quia anima diffinitur p̄  
corpus. et corpus est extra intellectum anime.

## Si autem est vna

Hic remouet Aresto. aliaz dubitationē. Et di-  
cit. si sit vna via ad inuestigandum diffinitōnē  
aie et aliarū substantiaz tunc est magna diffi-  
cultas que sit illa via inuestigandi p̄ quam ille  
diffinitōes inuestiganē. an illa sit via remōstra

Signe p̄tē p̄hemij in  
q̄ reddat auditores  
dociles

aut p̄tē p̄hemij

p̄tē p̄hemij  
+ d̄ d̄ d̄ d̄

Ita est p̄tē p̄hemij in  
q̄ reddat auditores  
attentos

Remouet  
aliaz dubitōnē

tionis. sicut dicit Iocras an sit via diuisionis sicut dicit Plato. vñ sit aliqua alia videlicet cõpositiois quã ponit Aresto. ij. posterio. vbi dicitur q̃ diffinitioes substãtiãz inuestigatur p̃ viã diuisionis nõ syllogisticã et compositionis. debet tñ noian a termino. et ergo non noiatur via diuisionis et compositionis

**Queritur.** Quare ponit hic Aresto. tñ duos modos inuestigandi ipm qd̃ qd̃ est cum tamen plures sint. **Dicendum** q̃ ideo. quia iste due opinionones fuerunt tpe Aristotelis magis famole quaz̃ vna fuit ab Iocrate posita quã etiam tangit Aresto. ij. posterio. improbando eam. **Alia** fuit opinio Platonis. q̃ dicit q̃ qui ditates essent inuestigande p̃ viã diuisionis syllogisticẽ. **Sed** Aresto. etiã ponit q̃ diffinitio per viã diuisionis inuestigari debet sed nõ syllogisticẽ sicut dicit Plato. et illa via diuisionis coincidit cū viã compositionis. qz̃ in principio genera diuidũt vt in fine componantur in diffinitione illi diffinitio. cui diffinitio inquirebat

**Arguitur.** Scientia de aia e certissima. ergo aia est facilis cognitionis. qz̃ difficilima sũt incerta. **Dicendum** q̃ aia accipitur dupliciter. **Uno** modo q̃tum ad q̃a est. et q̃tum ad opationes et potentias que sunt principia talium operationum. et sic cognitio de aia e certissima. imo scia de aia est de his que experimur in nobis. qz̃ aliquis facilliter cognoscit in se habere visũ aut tactũ. **Alio** modo accipit aia q̃tum ad quid est. et sic cognitio de aia est difficilima. Et hoc pot̃ facilliter patere ex signo. qz̃ antiqui phi habebãt multas opinionones de natura aie. quia non potuerunt in eius cognitione venire.

**Sed** tunc querit̃ quare cognitio de aia quo ad quid est. est ita difficilis. **Circa** istã questionem scias q̃ ex duab⁹ causis cõtingit aliqd̃ difficilis esse cognitionis. **Primo** ex pre rei cognoscibilis que est fm̃ se imperfecta et deprese nature non potens mouere intellectũ. neqz̃ sensum. et sic materia prima. motus. relationes. et sex vltima predicamenta sunt difficilis cognitionis. **Alio** modo aliquid est difficilis cognitionis ex parte ipi⁹ intellectus. qz̃ scz̃ intellectus e imperfectus nõ potens tendere in cognitione alicui⁹ perfecti cognoscibilis. Et eo modo de⁹ et substãtie sepate sunt difficilis cognitionis q̃li excedet̃ p̃portione nostri intellectus. Et sile e de visu. qz̃ aliqd̃ d̃r̃ difficulter visibile ex pre visibilibus sicut tenebrorum et obscurũ. **Alio** modo aliqd̃ dicitur difficulter visibile. ex pre videntis et sic lumen solis est difficulter visibile. **Intendebat** ergo questio querere an difficultas ipius aie

pueniat ex natura ipius aie. vñ ex natura ipius intellectus. **Tunc** videtur q̃ aia capitur dupliciter. **Uno** modo p̃ aia vegetatiua et sensitiua. et sic aia est difficilis cognitionis ex parte anime qz̃ ille aie sunt nimũ immerse materie. et ideo q̃tum est ex pre aiaz̃ difficulter cognoscuntur et ideo in arboze porphiriana insensibile e differentia aie vegetatiue. qz̃ non poterat imponi differentia affirmatiua per se cognoscibilis. **Alio** modo accipit̃ anima p̃ aia ronalis. et sic adhuc capitur dupliciter. **Uno** modo vt est pars totius hois. et ex illa pre habet aliquid inspectioinis. et tunc est difficilis cognitionis etiam fm̃ se p̃pter suã inspectionem. **Alio** modo vt est act⁹ sepabilis a corpe. et sic est difficulter cognoscibilis ex parte intellectus nostri. habet eni vt sic p̃portione cum substãtijs sepatis. sicut eni substãtie sepate sunt difficulter cognoscibiles ex eo q̃ excedũt nostrũ intellectũ. sic etiã aia ronalis

**Arguitur.** Hoc cognoscitur maxime ab aliq̃ potentia qd̃ est p̃ns illi potentie. sed aia nostra est p̃ns intellectui. ergo intellectus maxime cognoscit aiam. et p̃ cõsequens aia est maxime cognoscibilis. **Dicendum** q̃ dupliciter aliqd̃ e p̃sens intellectui. **Uno** modo fm̃ esse nature et reale. et hoc contingit tripliciter. **Uno** modo quia est subiectũ intellectus. et sic aia ronalis est maxime p̃ns intellectui. qz̃ ipa est subiectum ipius intellectus. et intellectus est potetia anime. **Alio** modo aliquid est p̃sens intellectui. qz̃ est habitus intellectus. et sic scientia est maxime p̃ns intellectui. qz̃ scientia est in intellectu. **Tercio** aliquid dicit̃ p̃ns intellectui. qz̃ est opatio et actus eius. et sic intelligere est maxime p̃ns intellectui. **Sed** dicendum est q̃ hoc qd̃ istis modis est p̃ns alicui potentie non est maxime cognoscibile ab ea. **Alio** modo aliquid dicit̃ p̃ns fm̃ esse. p̃portionalitatis et obiectaliter. et sic obiectum est p̃ns ipi⁹ potentie. Et qd̃ sic e p̃ns ipi⁹ potentie maxime cognoscit̃ a tali potentia. sic aũt quiditas rei materialis est maxime p̃ns ipi⁹ intellectui. qz̃ est eius obiectum. Et simile e de visu. qz̃ id qd̃ est maxime realiter p̃ns visui non est maxime cognoscibile a visu. sicut est pupilla oculi. sed qd̃ e maxime p̃ns obiectiue hoc maxime cognoscitur a visu sicut color.

**Adhuc aute habet**

Postq̃ Aresto. mouit difficultatem de modo inquirendi diffinitionem anime. **Dic** primo mouet dubitationem circa diffinitionem in se. et secundo q̃tum ad ea que ingrediũtur diffinitione. **Circa** primũ dicit q̃ h̃z̃ multas dubitatioes



**Arguitur.** Qualiteq; accipiat differre actus et potentia non differunt. probatur quia actus et potentia in multis coincidunt quia anima est in actu et in potentia. In actu scilicet ad corpus. quia est actus corporis. et est in potentia ad scientias. Sicut superficies est in actu ad parietem et est in potentia ad colores.

**Quod** actus et potentia capiuntur dupliciter. Uno modo simpliciter et absolute et cum perfectione. sic quod inueniatur actus sine potentia et potentia sine actu. et sic valde multum differunt. et diuersa sunt. quia tunc actus est essentia diuina in qua nulla est potentia. ut deus qui est ens perfectissimum habens in se omnes plenitudines perfectionis. Et est potentia in qua nullus est actus. sic materia prima secundum se accepta que est ens imperfectissimum. Alio modo capiuntur actus et potentia secundum quod et sic inueniuntur in alijs creaturis. quia in omnibus alijs creaturis reperitur aliquid de actu et aliquid de potentia. Et sic actus et potentia adhuc possunt capi dupliciter. Uno modo secundum quod referuntur ad idem secundum idem et sic inter multum differunt. quia nihil idem est in actu et in potentia respectu eiusdem. sed solum respectu diuersorum. Et sic est de argumento tacto. quia si anima referatur ad corpus tunc est actus. Si autem referatur ad species intelligibilem et ad sua accidentia tunc est in potentia. Alio modo referuntur ad idem secundum diuersa. et sic bene possunt coincidere quia bene potest idem esse in actu respectu unius et in potentia respectu alterius. Et hoc est quod alij dicunt quod actus et potentia bene conueniunt materialiter in eodem sed non formaliter.

**Arguitur Contra** Illa que non differunt sunt idem. sed deus et materia prima non differunt. ergo sunt idem. Sed deus est purus actus et materia prima est pura potentia. ergo actus et potentia non differunt. Maior patet per locum ab oppositis. Minor probatur. quia non habent aliquam differentiam. **Dicendum** quod consequentia est neganda. quia maior est falsa. non enim verum est quod quecumque non differunt sunt idem capiendo differre proprie. quia idem et differens non opponuntur. sed idem et diuersum. unde bene sequitur quod si aliqua non sunt diuersa. ergo sunt idem. per locum ab oppositis negative. et sic arguendo minor est falsa. quia deus et materia prima sunt multum diuersa licet proprie non differant.

**Arguitur.** Quecumque habent eandem proprietatem illa sunt eadem. sed deus et materia prima habent eandem proprietatem. ergo sunt idem. Minor patet. quia simplicitas conuenit deo et etiam materie prime. **Dicendum** quod duplex est simplicitas. Quaedam que est per negationem compositionis. et illa est que conuenit deo. quia quous in deo sunt omnes perfectiones rerum. tam in deo tales perfectiones non faciunt

compositionem sicut in alijs. quia omnia que dicuntur de deo sunt eadem cum deo. quia sunt essentialia ipsius dei. ut deus est iustus. bonus etc. Alio modo aliquid dicitur simplex ex opposito scilicet per negationem perfectionis. scilicet quod est sine omni perfectione. quia ipsius secundum se acceptum nullam habet in se perfectionem. et sic materia prima dicitur simplex. Patet igitur quod simplicitas non est una que conuenit deo et materie prime. immo est perfecta equiuocatio secundum quod conuenit deo et materie prime.

**Arguitur.** Ex illis que maxime differunt non potest fieri unum. Sed ex actu et potentia fit unum simpliciter. sed non multum differunt. quia ex materia et forma componitur totum compositum ut homo ex anima et corpore. **Quod** ad maiorem quod dupliciter ex aliquibus potest fieri unum. Uno modo sic quod unum transeat in naturam alterius et sic est quod illa que differunt multum non possunt fieri unum. quia postquam sunt facta unum. tunc non differunt. Alio modo potest intelligi quod ex duobus fit unum tertium distinctum ab utroque. et sic maior est falsa. et sic ex materia et forma fit unum. quia aliquid tertium componitur ex eis non sic quod unum mutetur in aliud. et sic adhuc manet distinctus actus et potentie. quia actus non fit potentia nec e contra. **Exempli gratia.** Ex anima que est actus et ex corpore quod est potentia fit homo non tamen anima fit corpus. nec corpus anima et sic inter se multum differunt anima et corpus quous ex eis fiat unum tertium. Et sic patet quod componendo actum et potentiam inter se tunc multum differunt. sed componendo ea ad tertium quod ex eis componitur non multum differunt.

## Considerandum autem

Hic mouet dubitationem de anima secundum quod est totum potentiale. Et dicit quod dubium est de anima an sit priuilegiata localiter et subiectaliter diuisibilis sicut dicit Plato. quia Plato posuit in uno homine quattuor animas differentes loco et subiecto. scilicet animam rationalem quam ponebat in cerebro. Concupiscibilem quam ponebat in corde. Nutritiuam quam ponebat in epate. Et generatiuam quam ponebat in genitalibus. Et quia iste anime essent in diuersis subiectis et locis sic distinguerent loco et subiecto. Est tamen dicendum quod anima non sit diuersa in diuersis subiectis si sit in eodem homine. Et ista est intentio Aristotelis ut probat multipliciter quod est tamen una in uno corpore habens tamen diuersas potentias. Et sic anima est diuisibilis non in partes quantitativas nisi forsitan per accens in animalibus imperfectis. Sed per se in partes subiectiuas scilicet in species diuidit ei sic autem

ma in vegetatiua sensitua et intellectua. Et i  
pres prauas sez in diuersas potetas. de qb  
psequitur Aresto. in scdo et tertio hui?

### Utrum sit similis

Hic ponit dubitationem de aia scdm q e totu  
vle. Et dubitatio stat in hoc. Utru ois aia sit  
eiusde speci. cu oi aia vel no Si no sit ois ania  
eiusde speci. est qstio. An aie drant genere vel  
specie. Et addit Aresto. q ista qstio non hebat  
locu apud antiquos qz ipsi solu loqbant de aia  
ronali. Dicebant em opa in alijs aiatis fieri a  
natura. Et si loqmur de illa tunc manifestu est  
q ois aia est eiusde speci. Dicebant em opato  
nes in alijs uiuentibus pcedere a natura z no  
ab aia qd Aresto. satis reprobat in scdo hui  
pbado q opa aie vegetatiue sunt ab aia.

Queritur Utr ois ania sit eiusde speci cu  
qlibet aia. Ddm q spes capif duplr. Uno mo  
pprie. z sic species est qda vle z totu. z sic aia  
no est species qz est ps z nulla ps est spes. Alio  
mo accipit spes pmutiter fm q illud dr spe  
cies qd est sub alio specialiter pntu. z sic i pri  
bus substantiaru tam essentialib qz integrali  
bus repitur spes. Et sic distinguendu est de aia  
qz vel anima accipitur p aia humana tm. z sic  
oēs aie sunt eiusde speci. Vel accipit pmutit  
put se extendit ad aiam vegetatiua z sensitua  
z sic omnes aie sunt eiusde speci subalterne. et  
no eiusde speci specialissime. Quod sic pbat.  
qz omnis species sumit a forma rei. si ergo ois  
aia in oibus aiatis esset eiusde speci. segratur q  
omnia animata essent eiusde speci qd est ma  
nifeste falsum. ergo illud ex quo seqtur Ex eode  
etia pbat q aie ronales sunt eiusde speci. cum  
ho sit species specialissima

### Formitandū autē.

Hic consequenter mouet vnam dubitationem  
circa vnitatem diffinitionis anime. Ex quo eniz  
Arestoteles in tex tu pcedenti dixit q sunt mul  
te aie z no vni? speci. sic incidit talis dubita  
tio. Utru sit danda vna pmutis diffinitio aie  
q sez pueniat ydee aie. sicut fm platonē est dāda  
vna cois diffinitio aialis q pueniat ydee aialis  
Aut sunt dande diuersae diffinitiones p diuer  
sis aiabus. sicut etia in aiali est alia ratio canis  
alia ratio hois. et alia ro dei. i. celi qd dicebant  
antiqui aiatur. Quia ro aialis fm vnū qd qz  
animal est altera z altera. Et arguit Arestote  
les contra pma prem sez q non est dabilis vna  
cois diffinitio q coueniat ydee aie. qz al vle ni  
hil e aut posterius suis singularib. z n solu hoc

est fm de aiali sed de qcumq alio vli.

Queritur. Quare Aresto. mouet ista dubi  
tationē circa vnitatem diffinitionis aie. Dice  
du q ppter diuersas opiniones de diffinitioni  
bus. Aliqui em opinati sunt q diffinitiones  
reru dantur de ydeis sepatis. z illa fuit opinio  
Platonicoz q ponebant vniuersalia sepata p  
se subsistentia extra oem intellectu. z q diffini  
tiones reru darent de talib ydeis. Exemplgra  
Qu diffinitur ho. ho est animal ronale. tuc ta  
lis diffinitio puenit ydee sepate z non homini  
fm q est in singularib. Et fm ista opinionem  
est danda vna pmutis diffinitio aie pueniens  
ydee aie z no singularibus. fuerit etia aliqui  
hntes opposita opinionē sez pictagozici q dice  
batur naturales et dixerunt q no essent substā  
tie vles. sed solu pculares. z sic fm illos no e  
dāda vna cois diffinitio aie. sed cuiuslibet alia  
z alia. Aresto. aut tenet mediu sez q est danda  
vna communis diffinitio de aia no q illa pue  
niat ydee anime sicut posuit plato. sed q etiam  
illa diffinitio conueniat singularis animalib si  
cut patet in. ij. huius. qz illa diffinitio anie con  
uenit sic anime in comuni q etia est vera de pri  
cularibus animab.

Arguitur Aresto. ponit vna comune diffini  
tionē anime. ergo male dicit q no est dāda vna  
cois diffinitio aie. Dicendu q duplr de aliq  
pt dari diffinitio in coi. Uno mo sic q conueni  
at soli tali coi z sic no est dāda vna cois diffini  
tio de aliq re. quo mo voluit plato dare diffini  
tionē coem. Alio mo sic q talis diffinitio non  
solu pueniat illi coi sed etia singularis contentis  
sub ipso z sic Arestoteles dat communem diffi  
nitionem de anima.

Queritur. Quo est soluenda questio Ar.  
in tertu. an sit danda cois diffinitio aie an non

Ddm q nec sic nec sic. qz no est danda cois  
diffinitio q conueniat ydee tm. nec e danda dif  
finitio q conueniat singular animab tm Sed e  
danda vna cois diffinitio anime q couenit sin  
gularis animabus. z etia anime in coi. Et sic dif  
finitio anime data ab Arestotele dicitur de aia  
in coi et cum hoc conuenit singularis animabus  
Simile e de diffinitione hois qz ista diffinitio  
animal ronale conuenit ho in coi. z singular ho  
minib pculareb. z ad hoc ostendendu q no  
pt dari vna cois diffinitio anime. q conueniat  
ydee tm. Aresto. ponit ista autoritate. Animal  
vle nihil e aut posterius suis singularib. qz qd  
nihil e no pt diffiniri.

Arguitur. Ule aliquid est. ergo male dr q  
vle nihil est Ans pz. qz de nihilo no e scientia.



Sed de vli est scientia. ergo zc. Etia vle habet diffinitione et essentia ergo aliquid est. Dicendū q ista ppositio posita ab Aresto. in textu est disiunctiva ad cui' veritate sufficit vna pre esse vera. Vult ergo Arestote. in ista auctoritate q al vle nihil est fm mēte platonis qui posuit vlia esse ydeas sepatas a singularibus Aut fm veritate z peripatericos vle aliquid est. sed posterius suis singularib'. qz vle abstrahit a singularibus. iō necesse ē q sit posterius illis a quibus abstrahit. z sic scda ps est va.

Queritur. Et quot motibus fuit plato motus ad ponēdum ydeas sepatas. Adm q ex duobus. Primū fuit ppter generationē rerum naturaliu. Et p sic sumi ratio. Dpret generationes resolui in vna causaz ppetua seo ptecularia nō sunt ppetua. ergo optet fieri resolutiones in alia cam q sit ppetua. z qz cā est silis effectui suo. iō optz q illa cā sit ydea vel ppria silitudo rerū generataz. et sic necesse erit ponere ydeas sepatas Scdm motiū fuit ad saluandū sciaz de rebus naturalib'. Et p sic formari rō. Scietia est vliū. sed illa que sunt a pte rei matene cōiuncta sunt singularia. ergo oz extra singularia ponere vlia. de quib' vlib' dant passiones fm necessitate. z sic optet ponere ydeas vles extra singularia. Et ad ista argumenta est dicendū. Et primo ad primū dicendū q dnt cā vniuersalis z ptecularis La em vniuersalis nō ē silis fm spēm suo effectui. Nō ergo optz ponere ydeas in causis vniuersalib' q sit specificē similitudines rerū sicut plato posuit. hnt tñ iste res generare aliquā cām ppetuā. sed illa cā non est ydea rerū generatarū sed est motus celi. z ania nobil' q aia nobilis hz in se silitudinē rerū generatarū quā nō oz esse similitē reb' fm speciem. sed fm pportione. eo mō quo potentia cognoscens sui obiectū ē silis obiecto. Et quis omnia ista inferiora habeant ydeas existētes in mēte diuina z aia nobili. n tñ fuit iste res p ydeas p se existētes sicut dicit plato que sunt rerum naturaliu specificē silitudines de quib' darentur diffinitiones. qz ydee in mente diuina sunt ipsemet deus z ydee in animab' nobilib' sunt accidentia. Ad scdm motiū est dicendū q scientia que est de vlibus nō ē de vlibus p se extra singularia subsistentibus sed de vlibus fm q etia sunt in rebus ipsis. qz tales passiones reales nō pueniunt nisi vlibus fm q sunt in singularibus sic tñ q essentialiter pueniunt vlib' z ex sequenti ptecularibus Sicut patet de nobili qd licet pueniat homini nō tñ puenit hōi

sepatō extra singularia. s' homini qui est in singularibus Nec est verum q oz omnē vltatem esse p sepatōne a materia qz materia potest etia capi vniuersaliter. vt dicit viij. methaphisice Arguitur Vides q nullū sit vniuersale. ergo vltima ps ppositionis est falsa. Ans pbat. qa oē qd est. est singulare z vniū numero. Adm q singulare z vniū numero p't capi dupli' Uno mō accipit singulare p singulari p se. Et dicit singulare p se qd ex sua ppria rōne aut significatōne includit singularitatem sicut Sortes vel materia Sortis. Alio mō dicit aliquid singulare p alterū. qz scz est singulare p h' q est in alio. Et ē qd ex sua ppria rōne vel significatōne nō icludat singularitatem Tunc dicendū q si singulare capiat pmo mō tūc ans ē falsū. scz q omne qd est a pte rei est singulare. qz nō oia sunt singularia p se. sed quedā p alterū. Si aut capit singulare scdo mō put se extendit ad singulare p se et p alterū. tūc ans est fm. qz omne qd est a parte rei vel est singulare p se vel p alterū. Juxta qd sciendū q in aliquo indiuiduo substantiali pnt multa p'siderari. Exēpligrā. vt in Sorte pmo p'sideratur materia Sortis. tūc Sortes Tertio anima Sortis. Quarto humanitas Sortis Quinto albedo Sortis. Ista sic se habent q duo ex eis sunt singularia p se scilicet materia Sortis z Sortes. qz in sua natura includit singularitatem intrinsecam Sortes em includit hanc materiam p quā est singulare. Sed tria vltima scz anima Sortis. humanitas Sortis. z albedo Sortis. sunt singularia p alterū quia p Sorte z nō p se. Arguitur. Ergo adhuc nō ē aliqd vlea a pte rei. quia omne qd est. est singulare p se vel p alterū. Dicendū q res accipit dupli' Uno mō p re pcepta. et sic vle ppriissime reperit in rebus. Alio mō accipit p re adextra. z sic est distinguendum de vniuersali. qz vel vle accipit p vniuersali impfecto quale est vle in re Sic em dicit vniuersale qd nō est de se singulare. z sic vle simpliciter est a pte rei qz a pte rei est res q de se nō est singularis. v' accipit vniuersale p vli pfecto. s. p vli post rem z sic est fm q vle nō est a pte rei. Sic em dicit Auicenna. q intellect' ē qui facit vniuersalitatē in reb' Tūc rō ē qz vniuersalitas pfecta icludit in se duas relatōes q's supaddit nate. Una ē relatio nate ad intellectus fm quā natura dicitur vna Alia relatio ē habitudo siue aptitudo ad plura inferiora fm quā natura dicitur esse in multis aptitudinaliter. Et illas relations nunq' p't h're natura nisi qn est p intellectū apprehensa. quia natura accep

Et quot motibus fuit plato motus ad ponēdum ydeas sepatas

Adm

Ad primū dicendū

Ad scdm motiū dicendū

Ita te nō ē qd est p se et p alterū qd est p se et p alterū qd est p se et p alterū qd est p se et p alterū

Ita dicitur q intellect' ē qui facit vniuersalitatē in reb' sicut dicitur q intellect' ē qui facit vniuersalitatē in reb'

ea p̄ intellectū est vna obiectiue apud intellectū et pluriſicabilis est per multa inferiora. Ex quo manifeste elicit q̄ vniuersalitas est accidens rationis et nō est in predicamento qz est ens rationis factū p̄ rationē speculatiuā. Iuxta illd̄ notādū q̄ dupliciter aliqd̄ dicitur ens rationis. Uno mō qz est cōceptū p̄ rationē. et sic res realis p̄ dici ens rōnis. Alio mō aliquid dicitur ens rationis qz est factū p̄ rōnem. Et est distinguendū de ratione. aut sit p̄ rationē practica sicut domus. et hoc iterū p̄ esse reale. Aut sit p̄ rationē speculatiuā. et sic ens rōis nō p̄ esse ens reale. Et per hoc p̄t intelligi qd̄ p̄muniter dicitur intellectus est faciens vtilitatem in rebus. qz intellectus obiectiue accipiens aliquā naturā fundat in tali natura ista accidentia rōnis. Et ex hoc aliquid dicitur vltē qd̄ habet in se accidentia ista. Ex q̄ vltē elicitur q̄ sicut albn̄ est accidēs rei ad extra siue vltis in re. ita vltas est accidēs rōnis ipsius vniuersalis post rē. Ex iā dicitur etiā seq̄tur q̄ idē p̄dicatū dicitur de multis inferiori vt *Sortes ē hō. plato ē hō. et sic de alijs.* qz ibi p̄dicatur vt vltē sed vltē est vniū. ergo ibi p̄dicat vt vniū. Sicut si dicatur hō est animal. azur̄ est aial. ibi p̄dicatur vniū p̄dicatū qd̄ est idē genere ad hōiem et ad azurū.

**Arguitur Contra.** si hic p̄dicaretur idē p̄dicatū *Sortes est hō. plato est hō.* sequeretur q̄ idē esset hō neq̄ et bonus. Itē idē saluaretur et damnaret. Nā p̄ stare q̄ *Sortes est nequaz et plato bonus.* et tñ sunt idē in hōie. sic idē hō dānaretur et saluaretur. **Dicendū q̄ hō accipitur dupliciter.** Uno mō p̄t est aliquid vniū apud intellectū. et sic nec hō saluatur nec dānatur nec est bonus nec malus. nec alb̄ nec niger. Alio mō accipitur hō s̄m qd̄ ē i singularib̄. et sic est malus bon̄ dānabilis saluabilis. Et iō nō sequit̄. Si est vniū p̄dicatū *Sortes est hō. plato est hō.* q̄ idē hō saluaretur et dānaretur. quia talia accidentia nō p̄ueniunt hōi nisi s̄m qd̄ ē in singularibus

**Arguitur Singulare** nunq̄ p̄t fieri vniuersale. sed omnia a pre rei sunt singularia. q̄ nunq̄ p̄t fieri vniuersalia et p̄ seq̄ns intellect̄ nunq̄ p̄t facere vltē. **Ddm̄ q̄ singulare** capitur dupliciter. Uno mō p̄ singulari p̄ se. i. pro illo qd̄ h̄z in rōne aut significatione sua singularitate. et sic maior est vera et minor falsa. Quia tñc est verū q̄ singulare nunq̄ p̄t fieri vltē p̄ quācumq̄ intellect̄ abstractionē. qz qd̄ est de rōne alicui vltē p̄t p̄ quācumq̄ abstractionē seu apprehensionē ab eo separari. sed singularitas est de ratione illius quod est p̄ se singulare. ergo et. Alio mō ac

cipitur singulare pro singulari p̄ alterū quod. s̄ nō h̄z singularitatem ex sua pp̄ria rōne. sed per aliud cui adiungit̄. sicut humanitas *Sortis* est singularis qz p̄iungitur *Sorti*. Tunc ē dicendū q̄ sic capiendū vniuersale maior est falsa minor vera. qz tunc singulare p̄t fieri vniuersale p̄ abstractionē intellectus. Pro cui⁹ intellectu datur talis regula. **Quicumq̄ aliq̄ duo** sic se h̄nt q̄ vniū nō est de intellectu alterius. tunc contingit vniū intelligere alio nō cointellecto. **Exempligrā.** quis hō et risibile semp̄ p̄iunguntur realiter. tñ qz risibile nō est de diffinitione hominis p̄iungit intelligere hōiem nō cointelligendo risibile. Ex quo sequitur q̄ nō contingit intelligere hominē nō intelligendo aial rōnale qz animal rōnale est de diffinitione hominis. **Per hoc dicitur ad p̄positū q̄ qz singularitas** p̄ se nō est de rōne singularis singularis sine singularis p̄ alterū. Ideo p̄t singulare singularis sine p̄ alterū intelligi nō cointelligendo singularitatem illius in quo singularisatur p̄ se. quis tñ in ipsa re semp̄ p̄iunguntur. Et hoc est qd̄ dicitur solet q̄ vniuersale fit per abstractionē nostri intellect̄. i. vltē fit per h̄ q̄ aliqd̄ abstrahitur a singulari per se. **Exempligrā.** hō et *Sortes* p̄iungunt in re et tñ *Sortes* nō est de rōne hōis. qz si sic tñc nō inueniretur hō extra *Sortē.* potest ergo hō intelligi non cointelligendo *Sortē.* et sic habetur vltē. **Similiter ē ddm̄ de genere et sp̄e.** quis sp̄es nunq̄ poss̄ fieri genus per abstractionē qz in sua ratione includit vltimā d̄m̄. tñ specificatū p̄t fieri gen̄ vt hō nunq̄ p̄t fieri gen̄ sed aial in hōie p̄t fieri gen̄ per abstractionē a d̄m̄a specifica hōis que non est de rōne animalis

**Arguitur Videtur q̄ vniuersale in reb̄ sit.** pbatur qz *Por.* loq̄ns de vniuersalibus vocat ipsa res. dicēdo istaz rerū speculatione. **Dicendū q̄ vniuersale perfectū** qd̄ est vltē post rez ē in reb̄ fundamentaliter et nō s̄m illā p̄ditio nē s̄m quā vocatur vniuersale. Capiēdo autē vniuersale p̄ vniuersali in re sic est actualit̄ in reb̄. qz h̄z p̄iungitur singulari s̄m q̄ h̄mōi. Circa qd̄ sciēdū q̄ natura vel essentia designata per modū totius. vt hō p̄t tripliciter p̄siderari. Uno mō s̄m ei⁹ pp̄riā rōnem. et sic p̄ueniunt nature q̄ cadūt in ei⁹ prop̄a diffinitione et passiones exorte ex principijs essentialibus. et nō p̄ueniunt vt sic nature aliq̄ predicata accidentalia realia nec rōnis. Itēo qn̄ queritur an natura sic p̄fixata sit vniuersalis. **Ddm̄ q̄ nō.** qz de rōne vniuersalis ē vnitatis cū multiplicitate aptitudinali quaz quelibz p̄ditio superaddit vniū accidēs

rōnis. **S**upaddit em vnitas relationē rōnis ipsius nature ad intellectū. quia vt sic natura dicit vna qm̄ est obiectiue apud intellectū. **M**ultiplicitas addit etiā vnaz relationē rōnis ipsius nature ad sua singularia. **E**xempligratia. **S**i dicat. hō est spēs. ibi spēs supaddit hūane nature duas relationes rōnis. **U**nā ad intellectū scdm̄ quā relationē dicitur vna apud intellectū. **A**liā relationē supaddit nature ad singularia scdm̄ quā dicitur multiplicabilis p̄ multa numero dīa sicut genus dicit multiplicatē p̄ multa specie dīa. qz ergo vltas addit accidētia rōnis p̄ q̄ nō pt̄ puenire nature scdm̄ se acceptē. qz dicitur est q̄ tunc solū pueniunt nature que sunt de eius diffinitione. et natura sic accepta vocatur vltas an̄ rem. **A**lio modo accipit̄ natura vt in re. i. in supposito et sic iterū nature n̄ puenit vltas. qz sic deficit nature vnitas vltatē que est solū in natura scdm̄ q̄ est obiectiue apud intellectū. deficit etiā sibi cōicabilitas aptitudinalis. qz scdm̄ q̄ est in aliquo vno supposito. sic non est cōmunicabilis. **T**ertio modo accipitur natura scdm̄ q̄ est accepta p̄ intellectū et sic conuenit sibi vltas. sic em̄ dicitur vltas p̄ rem. i. vniuersale a singularibus abstractū. tūc em̄ conuenit nature ipsa vnitas vltatis. qz est obiectiue apud intellectū. **C**onuenit etiā sibi plurificabilitas quia potest plurificari p̄ mltā indiuidua et qz accidit nature est p̄ intellectum accepta. sic etiā accidit nature q̄ est vltas. vñ p̄ q̄ sicut albus est accidens reale hoīs ita vniuersalitas ē accidēs rōnis ipsius nature. i. puenit nature apprehensē p̄ intellectū.

**Q**ueritur. **Q**uō possum⁹ venire in cognitōnem sine noticiā istoz vltū. **D**ōm q̄ istas acceptiones possum⁹ cognoscere ex ipsis pdicatis ipsi nature attributis. **Q**ñqz em̄ nature attribuitur pdicata realia essentialia. vt hō est aīal hō est rōnalis. et tunc accipitur natura vt ē vltas an̄ re. i. accipit̄ vt nō est in singularib⁹ neqz apud intellectū. **A**lio mō attribuitur nature pdicata realia accidentalia. et sic accipit̄ vltas fm̄ q̄ est in re. qz illa pdicata pueniūt sibi fm̄ q̄ est in singularibus. vt hō ē albus. **T**ertio mō attribuitur nature pdicata accidentalia rōnis. et tūc accipit̄ nature. vt vltas post rē. qz talia pdicata non pueniunt nature nisi put̄ est apprehensā p̄ intellectū. **E**x quib⁹ p̄ q̄ pprie nulla scientia est de vlti in re. **C**ui⁹ rō est qz vlti in re fm̄ q̄ h̄mōi cōueniūt solū pdicata realia accidentalia que de suis subiectis nō sunt scibilia. **S**ed vltis post rem fm̄ q̄ h̄mōi pt̄ esse scientia. qz etiā illa accidētia sunt scibilia fm̄ q̄ h̄mōi de ipsa natura.

sicut fit in libro pdicabiliū et pdicamētoz. **A**lie scientie reales sunt de vlti an̄ re. vt phisica et huiusmodi.

**Q**uerit. **U**tz ista scia vltia distinguant realit̄ vel modalit̄. **D**ōm q̄ dīnt solū fm̄ moduz accipiēdi naturā. qz eadē natura pt̄ tripliciter p̄siderari p̄ intellectū nīm. **E**st em̄ eadē natura q̄ qñqz ē scdm̄ se accepta. et qñqz vt est in singularib⁹ sumpta. et qñqz accepta ad pdicata scdm̄ intētionis. **S**i tñ species intelligibilis est vltas post rem sicut quidam dicebant qd̄ est falsum tunc esset realis distinctio inter vltas in re an̄ re et post rem.

**Q**uerit. **U**tz vltas sit generabile. **D**ōm q̄ vniuersale capitur dupliciter. **U**no mō vt ē acceptum in singularibus. et sic vniuersale est generabile qz etiā generat̄ ad generationē singularis. **A**lio modo accipit̄ vniuersale vt an̄ rem et post rē. et sic generabile et corruptibile accipitur dupliciter. **U**no mō in ppria significatōe scdm̄ q̄ dicit aptitudinē ad generationē et corruptōnem et sic vltibus quibusdā puenit eē generabile et corruptibile. qz corpis mixti pprietas ē eē generabile et corruptibile. sicut dicitur lati⁹ circa subiectū libri phoz. **A**lio mō accipit̄ generabile improprie scdm̄ q̄ dicit actualē generationē et corruptibile scdm̄ q̄ dicit actualē corruptōnem. et sic vniuersale ante rē et post rē nō sūt generabilia nec corruptibilia. qz aliqd̄ sic est generabile p̄ generatōis actionē. **U**niuersalia aut̄ scdm̄ q̄ h̄mōi nō h̄nt ordinē ad actionē. qz nō sūt termini actionū. quia actiones sunt singulariū p̄ mō metaphisice.

**A**rguitur. **U**niuersale est prius suis singularibus. ergo male dicitur q̄ sit posterius illis. **A**ntecedens probatur. quia dat eis esse. **I**tem illud est prius a quo non conuertitur subsistentiā consequētia. vt bene sequitur. **S**ortes est. q̄ homo est. sed nō econtra. **D**icendū q̄ vltas accipitur dupliciter. **U**no mō scdm̄ p̄fectā rōem vltatis. et sic semper vltas post rē est posteri⁹ suis singularibus. qz sic abstrahitur a singularib⁹ et illd̄qd̄ abstrahit̄ ab aliqd̄ est posteri⁹ illo a quo abstrahit̄. **A**lio mō accipit̄ vltas scdm̄ q̄ ē an̄ re vel in re. et sic est prius singularib⁹. qz dat eis esse nomē et rōem. mō ratio sine diffinitio ē prioz diffinitio. et ab illo nō auertit̄ subsistendi cōsequētia. **E**st aut̄ circa pdicata p̄siderandum q̄ res accipit̄ p̄ singulari. qm̄ distinguit̄ vltas ante rem in re et post rem. **S**ensus em̄ est q̄ est aliqd̄ vltas an̄ rem. i. an̄ singularia acceptū. **E**t aliqd̄ ē vniuersale in re. i. in singulari. **E**t aliq̄d̄ p̄ rem. i. abstractū a singularib⁹. **E**t ratio istius ē

qz nos imponimus rebus noia fm q nos eas cognoscim. pri<sup>o</sup> em cognoscim<sup>o</sup> singularia qz vniuersalia. Ideo h<sup>o</sup> nomē res qd significat tā vniuersale qz singulare imponit a nobis ad significandū singulare.

**Queritur.** Utrū rō animalis fm vnūqd/ qz animal est altera z altera. **Ddm qz** Aresto. inducat illā autoritatē per modū dubitatis. qz dicit qz querēdū est an sit vna diffinitio aie danda. vel de qualibet aia debet dari vna specialis diffinitio sicut ratio aialis fm vnūquodqz animal est altera. Tunc dicendū est ad questio nē qz nō est dubiū qn rō aialis fm vnū quod/ qz aial est altera z altera. si accipiat animal fm suas species tunc em necesse est qz animal habe at alia diffinitionē in vna specie qz in alia. Jō qzuis diffinitio animalis in cōi possit esse vna nō tñ diffinitio aialis fm vnū quodqz aial

**Arguit.** Ail diffinit sic. Animal ē corp<sup>o</sup> aia tum sensibile ergo aial hz vnā diffinitionē.

**Ddm qz** aial capis duplī. Uno mō loyce fm q significat pceptū vni puenientē suas species z sicanial hz vnā diffinitionē sic pbat argumē tū. Alio mō accipit aial phisice fm qz repit in diuersis spēbus eius. z sic est alia z alia diffini tio aialis. Et est ratio illi<sup>o</sup> diuersitatis. qz vnū qd qz diffinit fm qz est aliqd vnū. sed aial loyce acceptū hz vnitatē pceptus z nō hz vnitatem phisicam. qz nō est vnū aliqd fm rē. Et sic fm Aresto. vii. phisicoz. in genere multe equocati ones latent. Et si dicat. genus etiā diffinit phisice. vt dicendo. Animal est quid ppositum ex corpe sensitio z aia sensitio. **Ddm qz** ista dif finitō nō puenit pceptui aialis fm que pceptū aial est vnū. sed puenit aiali fm qz inuenitur in suis speciebus. Et est dīna inter phisicū z loy/ cū ista. Quia phisic<sup>o</sup> diffinit pmutat fm cō/ munē rōnem quā hz in suis inferiorib<sup>o</sup>. Loy/ cus sō diffinit fm pmutat rōem tñ. Aliter tñ est de spēb<sup>o</sup>. qz spēs etiā significat vnitatē realē vt ps. vii. phisicoz.

**Amplius autē et si.**

Postqz Aresto. mouit dubitationes de anima fm qz est totū potentiale. z fm qz ē totum vlē. Dic iam psequēter pmutat dubitationē de aia fm qz est totū potentiale. dicēs qz nō sunt multe aie in vno corpe. sicut dicebant platonici. qz po nebāt qz tuoz aias in vno corpe. sed sunt multe ptes aie. i. potentie. Tunc est qstio. An primo optet inquirere totā animā vel de ptribus eius. Itē secūdo est difficile si sint multe potētie aie quō ab invicē distinguuntur qz fm thocompūtiū

difficile est cognoscere manifestā dīaz inter po tētias. scz inter potētā nutritiā augmētatiā z generatiā. scz ē manifesta dīa inf vegetatiā sensitīā z intellectuā. Uel fm Cōmētatozem difficile est cognoscere dīam inter potētā intē lectiā z imaginatiā. Aliqui em ponebāt in tellectū esse de sensibus interiorib<sup>o</sup>. Et si optet determinare de potētīs iterū incidit questio an prius oz inquirere de potētīs vel de opationi/ bus. Et an prius de opationib<sup>o</sup> vel obiectis po tētiaz optet determinare. Et qz iste questiones solūtur in secundo huius ideo non est necesse eas h<sup>o</sup> solvere

**Arguitur.** Potentie sunt nobis notiores qz essentia. Ideo prius determinandū est de potē/ tīs qz de essentia ipsius aie. **Ddm qz** verum ē fm ordine nature sed nō fm ordine qz ad nos Sed p ordine essentie. potentie z opationis ē piderandū qz in aia inueniuntur quinq. scilicet essentia. potentia. habitus. obiectū et operatio. Et hnt se aliqziter vt magis cōe z minus cōe. nō fm predicationē sed fm cālitatem. qz essen/ tia ē cā z origo multaz potētiaz. z vna potētia est causa multoz habitū sū i intellectu sū mul te scie z multi habitus. et vnus habit<sup>o</sup> hz mul ta prialia obiecta que tñ in vnū reducuntur z circa vnū obiectū sunt multe opationes. z hu/ ius precipue in intellectu nostro. qz nō intelli/ git simplici intuitu.

**Arguitur.** Anima nō est totū ergo nō habet pres. et p psequēter nō optet ponere difficultates istā de ptribus anime. quia est simplex forma. **Ddm qz** licet aia nō sit totū integrale z qstiatū unū. quia nō hz pres integrales z qntitatiuas. Est tñ totū diffinitū quia hz pres diffinietes. Est etiam totū potentiale. quia hz pres poten tiales scz potentias. Est etiam totū vniuersale quia hz pres subiectiuas scz aiam vegetatiāz sensitīā z intellectuā. In hoc autē textu loqui tur Ar<sup>o</sup>. de aia fm qz est totū pātūm.

**Videtur autē non**

Vic pmutat psequēter Aresto. difficultates de aia scdm qz est totū diffinibile. Et tangit diffi/ cultates qntū ad ea que inuant ad diffinitōes de aia. Et ponit circa hoc duas pclusiōes. Qua rum prima est qz ipsū qz quid est. i. diffinitio nō solū ē vtile cognoscere accidētia. Alia pclusio. sed etiā accidētia magnā pte pferūt ad cogno/ sendū quod quid ē. Primā ptem primo pbat exemplariter. quia in mathematic<sup>o</sup> cognoscere quid curuū. quid linea. qd planū z sic de alijs. valet multū ad cognoscendū qz triangul<sup>o</sup> habz

*Essentia  
habito  
obiectū  
operatio*

*Et tangit difficultate quā ad ea qz inuant ad diffinitōes de aia. Et ponit duas pclusiōes.*

*prima*

*2a*

*prima pte pbat exemplar*

# Probemium

tres angulos cōles duob<sup>9</sup> recti Deū pbat vtrā  
q̄ ptem rōe **Primo** scōdam. scz q̄ accidentia ma/  
gnā ptem conferūt ad cognoscendū qd̄ quid est  
Et sic. qz qn̄ habem<sup>9</sup> imaginationem vel fan/  
tasiā de accidētibus cōibus et pprijs alicui<sup>9</sup>  
rei. tūc facili<sup>9</sup> reuēim<sup>9</sup> in cognitionē subiecti il/  
lius accidētis. **Cui<sup>9</sup>** causa est qz nostra cognicō  
orit<sup>9</sup> a sensu qui sensus cognoscat accidētia. vbi  
ergo habem<sup>9</sup> certā cognitōnē de accidētibus. etiā  
possum<sup>9</sup> facili<sup>9</sup> cognoscere diffinitōz. Deinde  
probat p̄maz ptem. et hoc sic. qz ipm̄ qd̄ qd̄ est  
est p̄ncipiū demonstratōis. sed p̄ demonstratōem  
cognoscat passio de subiecto. ergo ipm̄ qd̄ quid  
est est p̄ncipiū cognoscēdi accidētia. Ex quib<sup>9</sup>  
infert **Aresto.** cōclusiue q̄ quedā diffinitōes scz  
que sūt dyalectice sūt casse et vene. qz dicitū ē q̄  
ipm̄ qd̄ quid est siue diffinitō est mediū demo/  
strādi passioē de subiecto et hoc habet p̄ fine. q̄  
illa diffinitio est vna que nō potest demonstrare  
passioē de subiecto. qz vanū d̄z quod nō attin/  
git sine ad quē ordinator. Et est p̄siderandum  
q̄ diffinitiones de quib<sup>9</sup> **Aresto.** hic intēdit sūt  
diffinitiones passioē assignate absqz subiecti  
z date p̄ genus z d̄iam. Sicut si dicatur ira est  
appetitus vindicte p̄ illā diffinitionem nō p̄nt  
cognosci passiones irati quare scz irat<sup>9</sup> pallefit  
i facie **Hoc** autē p̄t fieri p̄ illā diffinitionē Ira ē  
ebulitio sanguinis circa cor. Et vocantur t̄les  
diffinitiones dyalectice qz dant p̄ genus z dif/  
ferentiā. q̄liter dyalectice solet diffinire.  
**Queritur** Utrū accidentia magnā p̄tē con/  
ferant ad cognoscendū quod qd̄ est **Dicendū**  
q̄ sic. **Cui<sup>9</sup>** ratio est qz nostra cognitio oritur ex  
sensibus interioribus z exterioribus. sed accide/  
tia cognoscuntur sensibus exterioribus z interi/  
oribus. ergo p̄ accidentia possum<sup>9</sup> deuenire in  
cognitionē ipsius quod qd̄ est subiecti.  
**Arguitur.** Albū z nigrū sunt accidētia z t̄n  
nō ducunt nos in cognitionē substantie siue ipi/  
us quod qd̄ est. **Qd̄m** q̄ duplicia sunt acci/  
dentia. Quedā em̄ sunt accidentia ppria q̄ flu/  
unt ex p̄ncipijs speciei z maxime de talib<sup>9</sup> in/  
relligitur textus. qz illa nos ducunt in cogniti/  
onē ipsius quiditatis. **Cui<sup>9</sup>** rō est qz talia acci/  
dentia inducūt ad cognitionē p̄ncipiorū spe/  
ciei. qz sunt adequati effect<sup>9</sup> ipsius q̄ditas siue  
p̄ncipiorū speciei. Et hoc est quod dici solet q̄  
ppriū fluit ex p̄ncipijs sp̄ei. p̄ncipia autē spe/  
ciei sunt ipsū quod quid est. z sic p̄nt talia acci/  
dentia ducere in cognitionē ipsius quod quid  
est. Alia sunt accidentia p̄munia z illa accipiū/  
tur dupliciter. Uno mō fm̄ se z sic solum indu/  
cunt in cognitionē indiuidui ex cui<sup>9</sup> p̄ncipijs

